



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**PSALTE=||RIVM DAVIDIS || CARMINE REDDITVM || PER
EOBANVM || HESSVM.||**

Hessus, Helius Eobanus

Lipsiae, 1557

VD16 B 3198

Psalmvs CXVI. Lauda anima mea Dominum, lauda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69301](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69301)

Atq; ita quando uoles dextra tua munera aperta
Diuidis, & satias, quæ uolueris, bonis.

Ἐσι φωνηλαῶ *Omnimoda Dominus ratione est iustus & æquus,
Ille operum sanctus nil nisi sanctus agit.*

Est regnum in quo audiuntur orantes. *Astat & est propior Deus implorantibus ipsum,
Quorum sunt solida pectora firma fide.*

*Qui Dominum metuunt quæ sunt his grata repperdit,
Audit, & hos placida seruat ubiq; manu.*

Est regnum in quo gubernantur & defenduntur pij. *Qui Dominum reuerenter amant, hos ipse tuetur,
Morte, sub hoc, pœnas impia turba dedit.*

*Perpetuo Domini laudes mea lingua loquetur,
Illius & laudes omnia uiua canent.*

PSALMVS CXLVI

Lauda anima mea Dominum, lauda.

ARGVMENTVM.

Est eodem argumento cum superiori Psalmo. Commemorat enim beneficentiam Dei, quod est creator, quod seruat promissa, quod defendit, liberat, peccata remittit, afflictos & derelictos iuuat &c. Habere autem insignem antithesin, quod frustra fiducia in homines, fiducia autem in talem Deum non fallat.

*Vna salus seruire Deo, atq; huic fidere soli,
Qui sibi fidentes liberat, auget, amat.*

*Mundo etenim, aut cuius hominũ cõfidere stultũ est,
Pondera qui ueræ nulla salutis habent.*

Hallel

Halleluia.

Elaage laude noua Domini celebremus honorem,
 Mi anime his nostris insite uisceribus.
 Laude noua Domino Psalmos & carmina dicam,
 Donec in hoc aliquis corpore sensus erit.
 Spes in Principibus ne forte reponite uestras,
 Quorum quam referat non habet ullus opem.
 Sunt homines, nolite hominum confidere cuiquam,
 Munera qui ueræ nulla salutis habent.
 Spiritus æthereas hominis namq; ibit in auras,
 Et redit in cineres quod cinis ante fuit.
 Consilia illius tunc omnia uana peribunt,
 Momento pereunt tam studia ista breui.
 Felicem cui dexter adest Deus ille Iacobi,
 Qui quæ de Domino commoda speret habet.
 Qui cælos, terræq; orbem, maria omnia finxit,
 Quæq; inclusa operum machina tanta tenet.
 Ille nec esse potest mendax nec fallere quenquam,
 Illius est omni tempore certa fides.
 Iniuste afflictos qui uindicat esurientum,
 Pallenti miseram pellit ab ore famem.
 Ille leuat unctos, cæcis sua lumina reddit,
 Ille manu pressos auxiliante leuat.
 Diligit ille bonos, iustos Deus ipse tuetur,
 Sumit ab hoc duris aduena rebus opem.
 Pupillos Dominus uiduasq; extollit egentes,
 Impius iratum corruet ante Deum.
 Ille tuus Deus alma Sion Rex omne per æuum,
 Iura ferens cunctis & Deus unus erit.

Propositio.

Antithesis: In homines confidere est frustra sed Deo confidere est utile. Addit aut utriusq; sententiæ rationes.

Ratio propositionis, quia Deus noster est deus salutis, id est longa commemoratione operum Dei explicat.

X 2

Psalmus